

www.e-rara.ch

... De incubo theses

Reidanus, Pieter

Basileae Rauracorum, 1576

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-8448>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DIVINA FAVENTE GRATIA,
SEQUENTES DE INCUBO
 THESIS, EX DECRETO FACVL. MED. BASIL.
 26 Iulij defendere conabitur hora locoque solito,
 PETRVS REIDANVS.

I.
E Phialtes vel ab eo qui primus hoc symptomate exag-
 itatus fuit, Paulo, vel certè ab insiliendo, Themiso-
 ni à suffocando τρυγχιος dictus.

II.
 Suffocatio est ab imaginatione rei alicuius thoracem com-
 primentis per somnum oborta.

III.
 Vt suffocatio, sic respirationis impedita symptoma est.

IIII.
 Impedita autem ob non transmissam à cerebro volūta-
 rij motus facultatem.

V.
 Non transmittitur propter obstructas vias spiritib. mo-
 tiuis inferuientes.

VI.
 Obstruuntur à vapore crasso cerebri ventriculos primū
 impetente, subinde vna cum spiritibus etiam in ipsos mea-
 tus abrepto.

VII.
 Vapor ille crassus, vel ad cerebrum ab inferiorib. ferè per
 somni initia ascendit, vel in ipso cerebro prius dispersus, vi
 ambientis frigidi radiorumque lunarium exagitur & con-
 densatur.

VIII.
 Vaporum verò istorum, qualescunq. sint, cause sunt hu-
 mores crassi, pituitosi vt plurimum & melancholici, biliosi
 ex sui natura nunquam, in quacunq. parte corporis, sed præ-
 sertim in hypochondrijs delitescetes.

IX.
 Qui quidem humores à victus ratione, que vel plethorā,
 vel cacochymia generare possit, proueniunt. Interdum quoq.
 à contagio, si modò Caelio Aureliano credendum est, Rome
 quendam contagiosum incubum fuisse referenti.

X.
 Vt ab imaginatione oritur, sic Imaginatiua facultatis ce-
 rebri symptoma, & cum Posidonio apud Aetium Melan-
 cholia nocturna species quedam status fortasse posset.

XI.
 Atq. ijs potissimum accidit, qui vel natiua, vel aduentitia
 animalis facultatis debilitate laborant, vtpote pueris, Virgi-
 nibus, mulierculis, senibus, quinetiam aegris.

XII.
 Imaginantur autem vel inanimatum quoddam pondus,
 ut saxum: vel animatum corpus, belluas, hostes: vel etiam
 demones succubos incubosue: quoq. magis tetra est species, tā-
 to grauior causa.

XIII.
 Plura itaq. inter se connexa videntur symptomata. Ab
 obstructione viarum motui destinatarum impeditur Re-
 spiratio: sequitur Suffocatio: Suffocationis causam dum Ra-
 tio ignorat, Imaginatio sibi fingit: Fictionem autem comita-
 tur Metus, Vox irrita, Agitatio, Grauitas, Torpor, Sudor
 quoq., & Gonorrhœa interdum: quoq. plura cōcurrunt &
 mentis & corporis turbati indicia, tardiusq. cessant, eò gra-
 uiorem subesse symptomatis causam arguunt.

XIIII.
 Atq. ut per se non magni momenti videantur, affectio-
 nes tamen prænunciant grauissimas alias, Apoplexiam, Pa-
 ralyim, Melancholiam, Maniam.

XV.
 Quarum respectu symptomatis huiusce ratio haberi de-
 bet, ut & presentia tollantur, & futura præcaueantur.

XVI.
 Præsens paroxysmus fideli potius adstantium cura, blan-
 de excitando, benignè alloquendo, lumen inferendo, quàm me-
 dici opera indiget.

XVII.
 At extra paroxysmum, & interiùs latenti, & exteriùs
 insidianti cause incumbendum.

XVIII.
 Victus igitur ratio in vniuersum sit incidēs & attenu-
 ans. Cæna sit parca, quam multo post tempore somnus sequa-
 tur in latus, non supinus.

XIX.
 Exercitia moderata, moderati somni. Aeris intemperies
 vitetur.

XX.
 Materia peccans & vene sectione & pharmaco eua-
 cuetur: vomitorijs rariùs, nisi focus mali in stomacho hære-
 reat. Consuetæ vacuationes mensium, hæmorrhoidum re-
 uocentur.

XXI.
 Capitis quinetiam debilitati consulatur per ea que mate-
 riam ibi contētā educere possunt, & vel reuellere, vel de-
 riuare, ut per errhina, apophlegmatismos, frictiones scapula-
 rum, lotiones pedum.

XXII.
 Roboretur nihilo secius & per ea, que à cibo deuorata blā-
 dos ad cerebrum vapores emittunt, & per odores gratos non
 violentos, & per lotiones capitis oportune factas.

XXIII.
 Idipsum quoq. de ventriculo dictum volo, si peculiarem
 quandam debilitatis sue rationem haberi postulet.

B A S I L E Æ R A V R A C O R V M,
 Excudebant Daniel & Leonardus Ostenij Fratres,
 Anno Salutis humanæ, 1576.

